

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Angelus b  
cum fonte primo

Vtique noscunt angeli sancti,  
docti de Deo cuius ueritatis eterna  
contemplacione beati sunt,  
quanti numeri supplementum  
de genere humano integritas illius  
ciuitatis expectat.

Augustinus in encheridion.

Et  
utique nouerunt angeli sancti,  
docti de deo cuius ueritatis aeterna  
contemplatione beati sunt,  
quanti numeri supplementum  
de genere humano integritas illius  
ciuitatis exspectat.

Augustinus Hipponensis, *Enchiridion ad Laurentium de fide et spe et caritate*,  
16.62 (CCSL 46, M. Evans ed., p.82,  
ll.31-34).